



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Stella Mystica

Bonald, François

Coloniae, 1607

Valde necessarium esse, vt B. V. Maria pro nobis apud filium suum
intercedat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10014

SVMAT PER TE PRECES,

*Valde necessarium esse, quod B. Virgo
Maria pro nobis apud filium suum
intercedat.*

CONSIDERATIO.



Ommuni ac vulgato pro-
uerbio dicitur, Eum qui
precarı nescit mari se cõ-
mittere debere, vt orare
discat. Qua loquendi ratione indi-
care volunt, pericula maris tam ter-
ribilia & frequentia esse, vt nemo
reperiatur ita omnis expers pieta-
tis & deuotionis, qui si marinis flu-
ctibus se opprimi animaduertat,
non oculos & manus ad coelum e-
rigat, pijsque precibus ab illis eximi
roget.

*In periculis
ad diuinam
opem confu-
giendum.*

Si autem pericula maris materi-
alis, etiam impios & indeuotos ad
orationem excitant, quid faciente
discrimina maris spiritualis? Et
cum nouerimus, aut certe nosse de-
beremus, nullam humanam opem
ab ijs nos liberare posse, cur ad di-
uinam non confugimus? Rex Iosa-
phae

phat cum ab hostibus grauiter premeretur, has ad Deum preces fudit: *In nobis Domine non est tanta fortitudo ut possimus huic multitudi resistere, quæ irruit super nos. Sed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.* Idem nos dicere possumus, & sicuti pericula nostra continua sunt, ita preces nostræ continuæ debent esse: oportet, inquit Christus, *semper orare, & non deficere.* Quod si præsentis vitæ necessitates non patiuntur nos precibus concipiendis incessanter incumbere, faciamus minimum, ut Ecclesia pro nobis intercedat, & simul etiam nostra bona opera & actiones Deo offeramus. hic est enim uti S. Basilius ait, modus quidam semper orandi.

Verum enim uero quia preces nostræ sæpenumerò admodum tepidæ, atque actiones nostræ valdè imperfectæ sunt, opus habent perfecti per opem & orationes aliorum. Quare ad sanctos coelestis Paradisi

2. Paral. 20

Semper orandum.

S. Basil. homil. 5. var. arg.

Orationes & actiones nostræ sanctorum precibus & operibus iungenda sunt.

• • • • •

dirigendæ sunt, atque rogandi vt illas suis precibus coniungere, sicque Deo illas præsentare dignentur. Sancti enim cum sint in charitate perfecti, atque amici Dei; per charitatem incitantur vt pro nobis libenter apud Deum intercedant: amicitia vero diuina efficit, vt orationes eorum gratæ atque acceptabiles sint.

Apoc. 8.

S. Ioannes in Apocalypsi ait: se vidisse *Angelum stantem ante altare habentem thuribulum aureum, cui data sint incensa multa vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei. Et ascendisse fumum incensorum de orationibus sanctorum de manu Angelicorum ad Deo.* Ex quibus verbis S. Ioannis liquido apparet Deo acceptæ esse preces sanctorum, quando pro nobis intercedunt, illasque non aliter ac incensum suauissimi odoris suscipere.

Est quidem Deo maximopere gratum, quod orationes nostras primo ac principaliter ad ipsum tanquam

quam Patrem nostrum fundamus: attamen gratum etiam habet, quod agnoscendo nostram indignitatem sanctorum intercessionibus utamur. Imo quod amplius est, vult nos ita facere. Sic enim ait ad amicos Iob: *Ite ad seruum meum Iob, & offerre holocaustum pro vobis: Iob autem seruus meus orabit pro vobis, & faciem eius suscipiam.* hoc est, preces illius ex audiam. S. Gregorius ait, quædam esse quæ obtineri nequam possint nisi per sanctorum intercessionem, eò quod Deus ita predestinauerit ut precibus illorum obtineantur, & non aliter.

Iob. 42.

Gregor. li. 1
Dial. ca. 80

Et ut rem in pauca conferam, certum est sanctos magnæ apud Deum authoritatis esse. Neque dubitari potest B. Virginem Mariam, sine comparatione maiorem apud Deum gratiæ locum obtinere quam omnes simul sanctos, uti patet ex rationibus superius ad idem probandum adductis, speciatim vero, ex illa quod Deo proximior & coniunctior sit: tum quia gratia cæteris ex-

B. Virgo
maxima &
apud Deum
authoritate

6 s cellat

*Ad hanc spe-
cialium ora-
tiones nos-
tra dirigē-
de.*

Marc. 8.

Luc. 7.

cellat: tunc quia titulo matris Dei decorata sit. Ad hanc igitur potius orationes nostras dirigere debemus. Hæc sollicitanda est ut offerre velit Deo preces nostras suis orationibus sociatas. Christus seruum Centurionis ad preces seniorum gentis Iudaicæ, sanauit: Deus etiam se preces serui sui Iob suscepturum esse ait, uti paulò ante dictum est. Nunquid Deus seruorum cum adhuc in mortali corpore degerent, preces suscipiet, & matris filij sui iam immortalitate vestitæ preces reijcere poterit?

*Error sue
dementia
quorundam
Christiano-
rum suam
salutem ne-
gligentiam*

Quid dicemus nunc de illorum vesania & dementia, qui inter media maris huius mundi pericula somno sepulti, neque audiunt, neque sentiunt procellas & tempestates quibus agitantur, & ad naufragium impelluntur. O si illas conspicerēt, si sentirent? fierine posset ut tam parum de seipsis solliciti forent, ut nec ad Dei nec ad sanctorum opem implorandam confugerent? Fierine posset, ut dies aliquot, imo hebdo-

M Y S T I C A. ✠

madas & menses, sine orationibus transigerent? Cum fluctus tentationum illos submerferint, tunc primum expergiscentur & aduertent quod non oportuerit eos damnata hoc perdendæ animæ suæ negligere. Tunc videbunt dormitantiam suam & acerbis lachrymis deplorabunt, sed, heu, nimis tardè.

Tu verò, Anima fidelis, si sapias, noli vnquam quiescere ab imploratione diuini auxiliij per sanctorum, & nominatim B. Virg. MARIÆ intercessionem: nec scrutari velis quomodo fieri possit vt sancti preces nostras intelligant: nam certò credendum est preces quas ad sanctos fūdimus ad illorum honorem & gloriam redundare ac proinde ipsos in Deo non aliter ac in splendido aliquo speculo illas contemplari. Præterea, Angelus tutelaris noster, fidelis & industrij nunciij munere circa nos defungitur, nec differt sanctis orationes nostras ad ipsos directas indicare ac manifestare, atque etiam Deo offerre, vt

Sancti preces nostras quomodo intelligant.

Tob. 12.

faciebat Angelus Raphael qui Tobie preces Deo obtulit. Inuoca igitur diligenter sanctos, maximè B. Virginem, atque roga illam vt tuas preces ei qui pro te, & pro nobis omnibus natus est, offerre dignetur.

QVI PRO NOBIS NATVS.

Unigenitum Dei filium nascendo & moriendo pro hominibus actum fecisse dignum per petua memoria & admiratione.

CONSIDERATIO.

Ioan 3.
Ephesi 5.

*Christus natus est sua
quantum nobis benefi-
cium præs-
terit.*

QVANDO Anima fidelis, tecum expendis. & consideras Dei filium tua causa natum esse, admirari debes immensam Patris bonitatem qui filium dedit: & ardentem filij charitatem, qui volens prudensque vitam suam profudit, vt nos viuificaret, & à morte spiritali eximeret. Hoc est beneficium illud de quo lætabatur Propheta qui dicebat: *Paruulus natus est nobis: filius datus est nobis.* Hoc est beneficium quod **Angeli**